

eciam sine pape consensu congregare et de illis propter pape maliciam intromittere, et congregatis scisma faciendi et rebellandi occasio daretur. Que omnia periculosiora sunt quam 250 pape deformacio, que ecclesiam destruere nequit; nam propter maliciam presidentis nulla est dabilis necessitas ad scisma faciendum, ut ait Augustinus¹¹²⁾, cum contra deformationem capitis absque hoc, quod caput tangatur, evitandi scismatis causa ecclesie sibi possunt providere. Constat igitur iam, quod verius et eligibilis, quando malus pontifex ecclesie obesse nequit, ut hoc consultius sit asserere, quod potius malus pontifex toleretur, quam 255 quod occasio detur propter malum ecclesiam dividendi et bono non obediendi.¹¹³⁾ Credo tamen hiis dubiis, que sunt questiones ecclesiam non edificantes, potius decisionem dandam non esse quam dandam, quia nemo est, qui non credat, si papa nollet ecclesie necessitatibus providere et ubi periculum¹¹⁴⁾ destructionis ecclesie foret, ecclesiam posse sibi providere. Et eciam nemo dubitat, si episcopi aliqui congregati attemptarent aliqua contra unita- 260 tem et bonum publicum religionis christiane¹¹⁵⁾, sive in fide, sive in moribus, quin pontifex possit resistere et impedire. Sed quando ex istis universalibus rationibus debemus legem trahere ad casum particularem, difficultates occurrunt, ex quibus videmus expedire decisionem non fieri, ut ecclesia melius subsistat. Nam pro bono ecclesie est, quod omnes fideles in timore vivant et presumptio non animetur.¹¹⁶⁾ Hinc inde ita ista dixerim, licet non omnia 265 pro nostro casu videantur necessaria, paratus semper in omnibus iuxta posse complacere etc.

255 toleretur: tolleretur 257 tamen: tamen quod.

¹¹²⁾ *S.o.* Nr. 480 Z. 98.

¹¹³⁾ *Ebenso* Dialogus (Nr. 488) n. 33 Z. 11–15: Malitia igitur eorum non obest ecclesie usw. Nulla est igitur provisio contra eius malitiam iusta, que posset in perniciem ecclesie tendere. *Ferner* Nr. 520 Z. 512–514.

¹¹⁴⁾ *S.o.* Z. 193f.

¹¹⁵⁾ *S.o.* Nr. 468 Z. 129f.

¹¹⁶⁾ *S.o.* Nr. 468 Z. 90f. mit *Anm.* 63.

1441 April 3, Mainz.

Nr. 482

NvK an Kardinal Cesarini. Er berichtet über die jüngsten Vorgänge in Mainz, im besonderen über seine erfolgreiche Rede am 29. März.

Or. (aut., abgesehen von der Außenadresse), Papierblatt mit Presselschlitzgen und Spuren von rotem Verschlussiegel: ROM, Bibl. Vat., Vat. lat. 3908 f. 238^{rv}. Zum Inhalt dieser Sammel-Hs. s. Kristeller, Iter II 365, und vor allem M. Regoliosi, Nuove ricerche I 123–189 (Provenienz: Giovanni Tortelli, Bibliothekar Nikolaus' V.). Die Aufnahme des NvK-Briefs in die Sammlung Tortellis deutet, über das schon bekannte enge Verhältnis des Humanisten zu Cesarini hinaus, auch persönliche Beziehung zu NvK an, wovon schon oben in Anm. 13 zu Nr. 329 die Rede war. Erste Hinweise auf das NvK-Autograph bei Mercati, Traversariana 1 Anm. 2, und durch R. Klibansky im Vorwort zur Edition von De pace fidei, in: Mediaeval and Renaissance Studies, Suppl. III (1956) = h VII p. LI f. Bei Kristeller a.a.O. irrig als "letter to the pope" bezeichnet. Vgl. auch Regoliosi 125 und 188f. Nr. 302. Dem NvK-Brief Nr. 302 schließt Regoliosi 189 als Nr. 303 das in der Hs. f. 239^r–240^r folgende Schriftstück mit der Bemerkung an: "Stessa scrittura della lettera precedente". Es handelt sich indessen nicht um die Hand des NvK, sondern um die Schriftzüge Cesarinis, der hier eine Stellungnahme zu verschiedenen Basler Avisamenten entwirft; vgl. E. Meuthen, Eine bisher unerkannte Stellungnahme Cesarinis (Anfang November 1436) zur Papstgewalt, in: Quellen u. Forsch. aus ital. Arch. u. Bibl. 62 (1982) 143–179.

Kop. (um 1480): ROM, *Bibl. Vat., Vat. lat.* 4181 f. 364^{rv} (erster Teil) und 4180, Innenseite des Rückumschlags (Schluß). Es handelt sich bei den beiden Bänden um eine 1474/1480 auf Veranlassung des Kardinals Marco Barbo hergestellte und zu seinem Besitz gehörende Abschrift der *Gesta Synodi Basiliensis des Johann von Segovia* (s. MC IV 22f.), die 1480 Agostino Patrizi für sein Summarium benutzte; Avesani, *Biblioteca* 22f. In *Vat. lat.* 4181 f. 145^v weist eine Randnotiz (Patrizis?) zum Bericht Segovias über seine Rede vom 28. März (s.o. Nr. 478): *Lege in fine voluminis epistolam N. de Cusza de huiusmodi propositione* (s. RTA XV 649 Anm. a) auf den NuK-Brief f. 364^{rv} hin; dort mit der Überschrift versehen: *Epistola clarissimi viri N. de Cusza postea meritis[simi] cardinalis s. Petri ad vincula refere[n]da ad propositionem sive disputationem compilatoris huius voluminis libro xvii capitulo xi^o fol. cxlv^o*. Wegen Platzmangels wurde die Abschrift dann in *Vat. lat.* 4180 beendet. Vgl. auch RTA XV 873.

(um 1500): FLORENZ, *Bibl. Medicea Laurenziana, Plut.* XVI cod. 11 f. 398^{rv}. Kop. von *Vat. lat.* 4181. Infolgedessen fehlt der in *Vat. lat.* 4180 kopierte Rest des Briefs; s. MC IV 24f. und RTA XV 873. Druck: Mansi XX XI 186A–188B (nach der Kopie in Florenz und daher unvollständig); RTA XV 873–876 Nr. 370 (nach der vatikanischen Kopie).

Erw.: *Alteres* s. RTA XV 873 Nr. 370 Vorbemerkung; ferner *Vansteenberghe* 76; *Mercati* (s.o.); *Gómez Canedo, Diplomático* 215; *Koch, Briefwechsel* 10 Nr. 32; *Gómez Canedo, Don Juan* 48; *Haubst, Studien* 20; *Klibansky* (s.o.) mit Auszug betr. *Segovia*; *Heinz-Mobr, Unitas* 88f.; *Regoliosi* (s.o.); *Kristeller* (s.o.); *Meißen, Dialogus* 81ff. (Parallelstellen zum *Dialogus*).

(Außenadresse:) R^{mo} in Christo p. ac d. domino Iuliano sancte Romane ecclesie sancte Sabine presbitero cardinali domino suo graciousissimo.

Humili recommendacione premissa. Post ea, que nuper scripsi de audiencia nostra¹⁾, Io. de Segobia degradatus comparuit absque cappa et rocketo in habitu doctorali²⁾, quia iudicantur Basilienses necessarium fore, ut ipse dictis meis responderet; videbant enim sententiam omnium esse pro nobis. Locutus est autem ille absque ordine, multa tremula voce, et non erubuit se cum iniuriis potius quam cum ratione iuvare. Ego ut privatus interfui, quia deliberavimus non decere, quod oratores d. n. spurciciis istorum dampnatorum³⁾ interessent, nec iudicavimus expedire, quod ignoraremus ea, que dicturi essent. Interfui igitur ut privatus, puncta substantialia annotando. Ante dissolutionem audiencie locutus est Arelataensis pro excusacione sua, quia altera die ostendi eum, qui volebat periurium d. n. impingere, notorie periurum et mendacem etc.⁴⁾ Quibus cum paciencia auditis surrexi clamando, quomodo altera die audissent veritatem et quod crastina die audituri essent illa figmenta falsa esse⁵⁾; et nomine principum intimata est audiencia.

Unde die mercurii proxima preterita⁶⁾ cum benedictione dei intravimus et in aula maxima apertis ianuis, laicis eciam presentibus, hora septima incepimus continuando, quomodo non fuissemus missi ad disputandum cum dampnatis ab illa sede et concilio ycumenico, ubi ulti-

1–2 von anderer Hand 11 ostendi: ostendidi 13 crastina über getilgt posteriori

¹⁾ Nämlich am 27. März; s.o. Nr. 475 und Nr. 476. Der Brief ist nicht erhalten; *Koch, Briefwechsel* 10 Nr. 31. Mindestens ein weiterer, etwas älterer Brief ist zu erschließen aus der Bemerkung *Eugens IV. in seinem Schreiben an Eb. Jakob von Trier von 1441 IV 11* (RTA XV 876f. Nr. 371): *Nam ut nuntii et oratores nostri et plurimi alii graves viri nobis significaverunt, in Maguntina dieta tales tue fraternitatis operationes extiterunt, quales spectant ad prelatum fide, devotione, sapientia ac integritate prestantem. Er drückt ihm sodann sein volles Vertrauen aus.*

²⁾ Vgl. Nr. 477 Anm. 1; dazu auch RTA XV 556 Z. 5ff.

³⁾ Z.B. durch die Bullen *Moyses* (COD 529–534) und *Multa sanctorum* (COD 559–566).

⁴⁾ S.o. Nr. 476 Z. 61f. Wechselseitigkeit des Vorwurfs wie unten Nr. 599 Z. 69–71.

⁵⁾ Die figmenta der Amedisten bei NuK häufig; s. etwa Nr. 520 Z. 760, Z. 791.

⁶⁾ 29. März; s.o. Nr. 479 und Nr. 480.

ma sententia lata foret⁷⁾), sed ad sollicitandum sublacionem animorum, quam necessariam ostendimus et amplius absque lesione fidei sufferri non posse, et quod illa, que falso obiecta essent per Amedistas, non obsessent veritati per nos ostense; quasi fidei rationem reddituri ²⁰ ad salvandum fideles iterum venissemus. Et incepit dominus auditor⁸⁾), qui egregie loquebatur, quomodo ista recencia fundamenta et nomen concilii non debeat terrere quemquam. Deinde me substituit.

Ego, qui animosus fui, alacri mente ingressus sum pungnam et dicta de Segobia ostendi inordinatissima et absque intelligencia, resumendo ea, que dixeram ego, et, que ipse ²⁵ obiecerat, seriatim evacuando omnia. Et quoniam ab inicio semper dixi de essencia conciliorum consensum esse⁹⁾) et non posse representacionem universalis ecclesie absque personis representantibus aut consensu esse¹⁰⁾ — que pars plus placuit principibus — et ipse non valens confutare fundamenta illa, que ego ex alta radice cum allegacionibus in mediu- ³⁰ m produxeram, aiebat synodalem conclusionem ex pluralitate presencium trahi¹¹⁾), compulsus fui ibi detegere omnes trufas de verbo ‘placet’ et practicas Arelatensis presentis¹²⁾), ostendens nullam congregacionem talem iniuriam fecisse conciliari auctoritati sicut illam, que se ad arimetricam et numerum resolvit¹³⁾), parvipendens rationem logice, determinacionem canonum et theologorum. Item de translacione concilii et honore p. v., qui illius decreti caput eratis¹⁴⁾), feci omnes clarissimos. Et quoniam altera die eciam ostendi, ³⁵ quod dicere papam non posse in edificacionem ecclesie concilium transferre, sicut hic factum fuit, heresim esse¹⁵⁾), cum eius manus propter commissionem, quam a Christo habet¹⁶⁾), ligari non possint¹⁷⁾), et de Segobia non posset evadere, nisi diceret hoc verbum: ‘quando papa hoc faciendo non veniret contra veritatem’, et ibi de ‘veritatibus’ suis multa diceret, quomodo venisset in translacione contra veritatem¹⁸⁾ — et stetit forte ⁴⁰ per duas horas in hoc: ego hanc materiam ingressus fui, et deus mihi dedit sensum et animum, ut ostenderem illas fatuitates Segobianas, ita ut non remanserit scrupulus. Primo

37 heresim verbessert aus hereticum 38 possint verbessert aus posse 42 nach ita ut getilgt speraretur

⁷⁾ S.o. Anm. 3. Dazu Nr. 480 Z. 5f.

⁸⁾ Carvajal; s. Nr. 479 Z. 2–5 und Nr. 480 Z. 1–4.

⁹⁾ S.o. Nr. 468 Anm. 28.

¹⁰⁾ S.o. Nr. 408 Z. 29 mit Anm. 21. Wie Nr. 482 auch der Dialogus (Nr. 488) n. 13 Z. 1f.: ecclesie representationem usw. per presentiam personarum et consensum.

¹¹⁾ RTA XV 699 § 18; dort Z. 15f. u.a., der Gegner verwerfe den Vergleich numeri ad numerum statt meriti ad meritum. Dazu unten Anm. 13.

¹²⁾ Vgl. Nr. 479 Z. 13f. und Nr. 480 Z. 44–50.

¹³⁾ S.o. Nr. 480 Z. 48f. Zur Kritik am Gewicht der “Zählstimmen” s. auch Dialogus (Nr. 488) n. 24 Z. 39 (omnia in mathematicam abstractionem resolvunt); Nr. 520 Z. 618 und Z. 762–765; Nr. 526 Z. 99; Nr. 572 Z. 91; Nr. 599 Z. 183. Vgl. auch CT II 1, 84f. und Koch, Über eine Handschrift 132 (= Koch, Kleine Schriften I 594).

¹⁴⁾ Damit dürfte nicht (wie in RTA XV 874 Anm. 2 unter Rückverweis auf RTA XV 231 und 690 angeführt) eine der beiden Bullen Doctoris gentium (1437 IX 18) oder Pridem ex iustis (1437 XII 30) gemeint sein, sondern das Minoritätsdecret von 1437 V 7, das ja indirekt die Translation vorsah.

¹⁵⁾ S.o. Nr. 476 Z. 44f. mit Anm. 41.

¹⁶⁾ S.o. Nr. 481 Z. 222f.

¹⁷⁾ S.o. Nr. 488 Z. 44f. mit Anm. 17.

¹⁸⁾ RTA XV 71 3ff. § 26ff. Es handelt sich um die “drei Wahrheiten” über die Autorität des Konzils, die von den Baslern 1439 V 16 zum Dogma erhoben wurden. Dazu unten Z. 57ff. Zum Verhältnis von (Konstanzer) veritas und translatio s.u. Nr. 572 Z. 13–16.

enim ostendi ex decretis concilii 19^e sessionis¹⁹⁾ et 24.²⁰⁾ et bulla indulgentiarum²¹⁾ nullam rem iudicio concilii magis utilem et faciendam quam reducere Grecos²²⁾, et quod patres in
 45 xi sessione exhortati fuissent supposita concilii ante completam reformationem non consentire in translacionem vel dissolucionem²³⁾, sed in 19^a sessione totum concilium iudicasset eciam in translacionem consensendum esse propter unionem speratam Grecorum²⁴⁾, preferens illam reformationi²⁵⁾; eciam in eadem sessione iudicavit propter illam locum mutandum esse. Cum ergo iudicio synodi optima iudicata sit Grecorum reductio et quod
 50 eciam locus propterea mutandus sit, conclusi iudicio synodali papam in edificacionem ecclesie ea fecisse²⁶⁾, que synodus fieri debere iudicavit. Ostendi eciam orta dissensione de loco inter patres ad ipsum, sine quo concilia celebrari non possunt, diffinicionem spectasse, allegans ad hoc.²⁷⁾ Deinde dixi dissencientibus patribus neccessario aut ad caput aut ad aliud concilium recurrendum²⁸⁾, ad hoc allegans, concludens utroque casu neccessario re-
 55 curri debuisse ad ipsum, qui caput et qui concilium indicare habuit.²⁹⁾ Iustificavi eciam palpabiliter d. n. omnia ex necessitate fecisse pro honore concilii, non pro oppressione auctoritatis³⁰⁾; et ibi erat opus multa in facto dicere. Deinde confutavi illam theologiam Segobianam de veritatibus³¹⁾, recitans 5. sessionem concilii Constanciensis, quomodo ad finem, ut ‘facilius et liberius ad’ unitatem perveniretur³²⁾, declaracio illa ad illum finem neccessaria et
 60 licita facta fuisset et quomodo practica Basiliensium, qui illis mediis ad scissuram uti volunt, ex concilio Constanciensi sit dampnata, quia loquitur ad finem unitatis et de concilio illo, quod propter scisma non recongnovit caput, sed quasi non existente indubitato capite loquitur.³³⁾ Respondi ad renovacionem decretorum illorum in concilio Basiliensi in 17. sessione³⁴⁾ post admissionem presidentum³⁵⁾, quomodo multa ibi evasive dici possent; sed
 65 dixi finaliter illam diffinicionem loqui de ‘concilio universam³⁶⁾ militantem ecclesiam re-

44 concilii *verbessert aus concilio* 49 iudicio *verbessert aus iudicii* 60 me-*in mediis verbessert aus ne-*

¹⁹⁾ S.o. Nr. 448 *Anm. 22. Im besonderen zur Rede des NvK am 29. März; Nr. 480 Z. 31f., Z. 69f. und Z. 83f.*

²⁰⁾ *Dekret Quia ambassiatores von 1436 IV 16; COD 506–509.*

²¹⁾ *Ablaßbulle Vox illa der gleichen 24. Session; Mansi XXIX 128–133; MC II 877–882; Cecconi, Studi CCCCXIX–CCXXX Nr. LXXXIV.*

²²⁾ S. u. Nr. 520 Z. 356–360.

²³⁾ *1433 IV 27; COD 466–469; dort 467 Z. 29–32: ut ante completam reformationem in capite et in membris . . . nullatenus dissolutioni consensum praestent nec loci mutationem fieri permittant, nisi ex causis iustis et manifestis. Vgl. im übrigen Nr. 469 Anm. 33.*

²⁴⁾ S.o. Nr. 476 Z. 33f.

²⁵⁾ *Das dürfte allerdings aus dem Dekret allein nicht herauszulesen sein, wo lediglich von der Verlegung die Rede ist. Der hier angetönte Zusammenhang von Sessio XI und XIX erscheint deutlicher formuliert in Nr. 520 Z. 347–350; s. ebendort.*

²⁶⁾ S.o. Nr. 408 *Anm. 30.*

²⁷⁾ S.u. Nr. 572 Z. 46f.

²⁸⁾ S.o. Nr. 475 Z. 9f. mit *Anm. 8.*

²⁹⁾ S.o. Nr. 448 Z. 63 mit *Anm. 27.*

³⁰⁾ S.o. Nr. 469 Z. 132f.

³¹⁾ S.o. Nr. 480 Z. 56–59 mit *Anm. 45.*

³²⁾ S.u. Nr. 520 Z. 571f.

³³⁾ *Vgl. die entsprechende Argumentation im Dialogus (Nr. 488) n. 3–7; ferner Nr. 520 Z. 863f.*

³⁴⁾ *Vielmehr erst in der 18. Session von 1434 VI 26; COD 477.*

³⁵⁾ *Diese erfolgte in der Tat in der 17. Session 1434 VI 26; COD 476f.*

³⁶⁾ *Im Basler Konzilstitel heißt es regelmäßig: universalem, nicht: universam.*

presentante', et quia papa 'caput concilii', ut in 14. sessione dicitur³⁷⁾, hinc loquitur illa definitio de plenario integro concilio ex unitate capitis et membrorum.³⁸⁾ Tale enim habet immediate a Christo potestatem³⁹⁾ et potest omnia, non solum illa, que ibi ponuntur, sed illa, que nec dici possunt; et quia consensus Romani pontificis est in illo, merito non se opponere debet papa contra illa, ubi videt se aut predecessorem consensisse⁴⁰⁾, sed absque pre- 70
 sumptione uti semper potest epikeia in edificacionem non obstantibus quibuscumque etc.⁴¹⁾ Et declarata representatione feci omnes contentos, ut non credant representationem militantis ecclesie esse apud paucos⁴²⁾ presumptuos contradicente apostolica sede et regibus orbis.⁴³⁾ Et ibi, quomodo pro salvando honore et auctoritate conciliorum et ecclesie ac regum et nationum opus erat d. n. in decreto 'Moyses' illum sensum dampnare⁴⁴⁾, ostendi. 75
 Deinde procedendo dixi, quomodo, eciam si ille veritates Segobiane essent 'veritates fidei', quod tamen non sequeretur conclusio d. n. in fide peccasse, si illas ordinationes non servasset, declarans, quomodo heresis non potest convinci, si quis statuta non servat; alioquin ipsi Basilienses se ipsos ostenderent hereticos, qui nullum eorum statutum observant.⁴⁵⁾ Dixi eciam, quomodo sacra synodus post primam dissolutionem in omnibus suis scriptis et monicionibus numquam habuisset illam intencionem aut intelligenciam, quod d. n. dissolvendo contra fidem fecisset⁴⁶⁾; et finaliter ostendi hoc per 14. sessionem, ubi concilium dans sibi formam⁴⁷⁾ dicit, quod 'ex causa' dissolvit et propter 'scandala' revocet. Post ostendi, quod in ista translacione ad Ferrariam non est usus nisi causis necessitatis et utilitatis ac forma sibi ex concilio tradita, ita ut omnibus constet nunc istas insanias fatuitatum ex in- 85
 vidia excogitatas⁴⁸⁾ post monitorium pretensum⁴⁹⁾ et d. n. falsissime diffamatum de here-

81 am unteren Seitenrand: Vertatis 85 nach istas getilgt excogitatas

³⁷⁾ 1433 XI 7; Mansi XXIX 74C; MC II 511: erit concilii caput. Dazu auch Nr. 520 Z. 351f. mit Anm. 134 und vor allem Z. 873–876 sowie Nr. 572 Z. 39; Nr. 599 Z. 106f.

³⁸⁾ Ähnlich im Dialogus (Nr. 488) n. 21 Z. 8–10: Concilium . . . plenarium . . . complectitur . . . caput . . . , et . . . de membris. S. auch Nr. 468 Z. 44f.

³⁹⁾ Ebenso Dialogus (Nr. 488) n. 9 Z. 7–9: Si synodum . . . universalem . . . , a Christo immediate . . . potestatem.

⁴⁰⁾ Parallelstellen s.o. Nr. 408 Anm. 49.

⁴¹⁾ Parallelstellen s.o. Nr. 479 Anm. 10.

⁴²⁾ S.o. Nr. 408 Anm. 26.

⁴³⁾ S.u. Nr. 484 Z. 32–34.

⁴⁴⁾ Zu der durch die Bulle Moyses für NvK aufgeworfenen Problematik s. meine Bemerkung zu Dialogus n. 7, in: MFCG VIII 46. Vgl. im übrigen Nr. 520 Anm. 331.

⁴⁵⁾ NvK unterscheidet für die Beurteilung Eugens IV. als Häretikers zwischen statuta (die keine dogmatische Verbindlichkeit haben) und "Glaubenswahrheiten". Eben dies wandte schon 1439 der Panormitanus in der Debatte um die "Häresie" Eugens IV. gegen die Basler ein; MC III 257. Dann Nr. 520 Z. 804–808: Zweck des neuen Dogmas der "drei Wahrheiten" war es, Eugen IV. in den Zustand der Häresie zu versetzen.

⁴⁶⁾ Das stimmt nicht ganz; vgl. etwa die bei Krämer, Konsens 9f., insbesondere aus der Responsio Cogitanti zusammengestellten Belege, die eine Häresierklärung gegen Eugen IV. vorbereiten konnten.

⁴⁷⁾ Nämlich, mit welchem Wortlaut Eugen IV. die Konzilsauflösung rückgängig machen und seine Anerkennung des Basler Konzils bekunden sollte; Mansi XXIX 72f.; MC II 509f. Innerhalb dieser Texte die Formulierungen: ex certis causis . . . dissolvimus und: . . . cum . . . nonnulla scandala orta sint, . . . revocamus. In der Revokationsbulle selbst (Mansi XXIX 78f.; MC II 565f.) ist nur von dissensiones die Rede. Vgl. dazu oben Nr. 480 Z. 63f. mit Anm. 49.

⁴⁸⁾ Ähnlich Nr. 599 Z. 327.

⁴⁹⁾ Dekret der 26. Session von 1437 VII 31 gegen Eugen IV.; Mansi XXIX 137–141; MC II 1010–1013; Ceccoli, Studi CCCCIf. Nr. CLIV.

si.⁵⁰⁾ Multa circa hoc tali moderamine dixi, ut nemo intelligeret me nisi conciliorum auctoritatem magnificare, quando asserui adeo magnam esse⁵¹⁾, ut nephas sit dicere illos concilium facere aut concilii nomen posse habere, qui in impetitione iniuriosissima unius pontificis quasi sub concilii auctoritate sibi scisma facere licuisse persuadere non verentur.⁵²⁾

Continuavi igitur exclamacione virili a septima hora usque post xi^{am} hunc sermonem, reservando nobis alia pro adventu aliorum, quibus in vulgari aiebam loqui oportere. Fui etiam de quadam iniuria mihi per familiares Arelatensis illata⁵³⁾ conquestus; nam a multis ammonitus sum, ut caute ambulem. Minantur enim Amediste mihi mortem. Ego enim in dicendo aiebam secundum ammonicionem sancti Ambrosii bonum fore, ut in letania poneretur: ‘A sophistis libera nos, domine’; et tunc aiebant Amediste, dum hec dixissem: ‘A Cußa libera nos, domine’⁵⁴⁾, et hoc est proverbium vulgi hodie.

Post audienciam dominus Treuerensis pauca verba dixit addens: ‘Habemus s. d. n. dominum Eugenium pro papa’. Et ne ista videretur ultima decisio, episcopus Chymensis nutu signum fecit Treuerensi, ut adderet etiam de concilio. Et tunc addidit: ‘Et concilium pro concilio’.⁵⁵⁾ Noluit tamen dicere: ‘Basiliense’, quia, ut spero, in eorum declaracione percipiemus post translacionem ad Ferrariam eos sentire non fuisse concilium Basilee.

Post istum victoriosum conflictum fama undique sparsa est ruptos esse Basilienses atque victos. Et quia ego in ultimo dixi istos undique spretos et repulsos ad nostram nacionem pro funda(n)da heresi descendisse cum magna pompa, ut nobis quasi simplicioribus ex apparenciis, ex multiloquiis falsa pro veris darent⁵⁶⁾, laudando constanciam nostram, iuramenta prestita, fidem datam, firmitatem in protestacionibus, et quod isti spernendi essent, qui molirentur contra honorem, fidem etc. nos seducere: istud verbum omnibus Germanis gratissimum me omnibus acceptum fecit, quasi ego pro omnium honore ibi locutus sim resistendo illis deceptoribus. Quare ego merito deo infinitas gracias ago, qui nos perduxit sua pietate ad hos terminos, ut alii in domibus latitent et nos palam ab omnibus leto vultu recipiamur.

Ista pauca ex multis p. v. de rebus gestis significare curavi, ut fidelitatem atque diligentiam dominorum meorum collegarum atque meam in defensione honoris s. d. n., apostolice sedis, d. v., qui aliquantulum per de Segobia notatus eratis de recessu et gloriose defensus, ac etiam d. mei d. Tarantini⁵⁷⁾ haurire possitis atque finem bonum sperare valeatis, quem nos feria v post pascha⁵⁸⁾ per adventum personalem electorum hic prestolamur. Omnes nostri domini Germani non aliter d. v. venerantur quam ut angelum, ut consweverunt.

95 ammonicionem: amminicionem 118 vor quam ein Wort getilgt ut angelum über der Zeile ergänzt

⁵⁰⁾ *S.u.* Nr. 520 Z. 430 und Nr. 572 Z. 1.

⁵¹⁾ *S.u.* Nr. 520 Z. 850–852.

⁵²⁾ *Ähnlich* Nr. 526 Z. 69f.

⁵³⁾ *Wegen* Nr. 479 Z. 13f.?

⁵⁴⁾ *S.o.* Nr. 479 Z. 16f. mit *Anm.* 14.

⁵⁵⁾ *S.o.* Nr. 479 Z. 22f. mit *Anm.* 16 und Nr. 480 Z. 120.

⁵⁶⁾ *S.o.* Nr. 448 Z. 71f.

⁵⁷⁾ *Der 1437 wegen der illegalen Bullenbenutzung verklagt worden war; s.o.* Nr. 480 *Anm.* 64.

⁵⁸⁾ 20. April. Zur Teilnahme der drei geistlichen Kurfürsten s. *RTA XV* 540f. Dietrich von Mainz hatte den Tag schon am 21. März verlassen, Jakob von Trier am 30. März, doch kehrte er nach der Feier des Osterfestes in seiner Diözese um den 21. April zurück, als nun auch Dietrich von Köln nach Mainz kam; beide reisten aber gleich nach dem 23. April wieder ab.

Rogavit nos d. Treuerensis, dum abiret⁵⁹), ut excusaretur, si nunc non scripsit s. d. n. et dominis cardinalibus re^{mis}, quia litteras paratas habuit, sed ob bonam causam aliquantulum ¹²⁰ differre sibi consultum videbatur.⁶⁰) Recommitto me d. v. et per p. v. oro s. d. n. ac r^{mis} d. meis sacro collegio recommitti. Ex Moguncia iii aprilis.

Servulus p. v. N. de CûBa.

121 videbatur verbessert aus videri (?).

⁵⁹) S.o. Anm. 58.

⁶⁰) Dennoch erließ 1441 V 29 Eugen IV. dem Trierer die Servitiengzahlung; KOBLENZ, LHA, 1 A 7961; Roßmann, Betrachtungen 382f. Nr. 4 (dazu auch oben Nr. 433 Anm. 1). Am selben Tage reservierte sich Eugen IV. die Neubesetzung des Bistums Metz; gleicherweise in KOBLENZ, LHA, 1 A 7960, und somit ebenfalls als Gunstbezeugung für Jakob ausgewiesen.

1441 <April 1/5>, Mainz.¹⁾

Nr. 483

<Von Thomas von Courcelles verfaßt²⁾> Denkschrift der auf der Mainzer Tagung verhandelnden Kardinäle des Basler Konzils für die in Mainz anwesenden Erzbischöfe. Darin u.a. Erwähnung des NvK.

Druck: RTA XV 772–800 Nr. 353. Dort Anführung der Handschriften.³⁾ Der dabei genannte Pal. lat. 600 (Rom, Bibl. Vat. = P) rührt aus dem Besitz des Johannes Wencke, von dem auch die Überschrift (die unserem Kopfregeat zugrunde liegt) und die Randnotizen f. 140^r–157^r zu Nr. 483 stammen, die aber keinen Bezug zu dem über NvK Berichteten haben; s. Haubst, Studien 47 Nr. 31. Erw.: RTA XV 570–574 (ausführliche Inhaltswiedergabe).

Die Denkschrift kommt an zwei Stellen auf NvK zu sprechen.

a) Über die Konzilsväter, die zu jener Zeit auf dem Konzil weilten, als u.a. in der 14. Session die von Eugen IV. vorzuliegende Form der Rücknahme seiner ersten Konzilsauflösung beschlossen wurde.⁴⁾

RTA XV 778 (P f. 143^v): Inter quos eciam tunc erat dominus N. de Cusa virtuose in predictis laborans.⁵⁾

b) Über die Instruktion der nach Konstantinopel reisenden Minoritätsgesandten.⁶⁾

RTA XV 792 (P f. 152^r): Nec eciam iuvat ipsos adversantes clausula, quam dicunt contineri in instructionibus suis, videlicet quod, si galee ex Nicia cum oratoribus, qui erant in Avinione, prevenirent eos in Constantinopolim vel concurrerent, quod permitterent eos agere cum Grecis et in nullo eos impedirent. Constat namque, ut ipsi dicunt, quod huiusmodi instructiones fuerunt sibi date per legatos tunc pape existimantes, quod Florentia, quam ipsi nominaverant, deberet parare galeas. Sed cum postea ipse olim Eugenius recepta dicta parziali conclusione suorum legatorum paravit galeas in Veneciis⁷⁾, ipse qui dicebatur facere expensas, dedit instructiones, quas voluit.

1 eciam: enim P in feblt P.

1) Das Datum nach den komplizierten, aber schlüssigen Darlegungen RTA XV 569–571.

2) Zum Verfasser s. RTA XV 570.

3) Auf die Berücksichtigung der sachlich unwesentlichen Lesarten ist in den beiden Auszügen weiter unten verzichtet worden. Vgl. dazu RTA an beiden Stellen.

4) 1433 XI 7.

5) Vgl. dazu oben Nr. 192.

6) Vgl. Nr. 295 und Nr. 295a (s.o. vor Nr. 297) Anm. 9.

7) S.o. Nr. 296 Z. 5f.